

tubulos firmiter comprimendo & constringendo, humorum desfluxum inhibet. Namque sciendum est, partes circa Oculos ita & fabrica & situ constitui; ut quicquid humoris, aut ē Pericranio, aut Musculis vicinis, depluit, recipere aptae sint. Imo (quod mirum, sed) non iustitatum est, ex Capitis contusione litoram lividam sub oculis residere, & figi.

Gargarism. Anginoſi fibj.

R. Herb. Aquileg. M. ij. Cort. inter. Ulmi 3j.
Fung. Samb. Glycyrr. Alb. Canis a 3js. Coq. in
Aq. fibjs. Col. 3xxvj. diffol. Sal. Armon. 3ij. Syr.
ē Rubo Idao, Mel. Ros. a 3ij. m.

Gutturis Musculos inflammatos, ad crepatu-
ram ferē turgidos, arefactos, & combustos, hu-
mectat, fovet, & emollit: Glandulas, Ductus
que Salivales, extūs mucagine obductos, de-
tergit; intusque phlegmate infarctos aperit. Ubi
verò multū peccat Pituita viscidā, & Glandu-
lae magis quam Musculi laborant, ad potentius
attenuantia, & eduentia pervenire oportet.

Garg. Communis fibj.

R. Aq. Plant. 3x. Aq. Ros. rub. 3iij. Syr. Moror.
3ij. Mel. Ros. 3j. Ol. Vitrioli q.s. ad aptam aciditu-
atem m.

In Febribus, ad Os eluendum, mundandum,
refrigerandum; Sitimque fallendam.

Garg. Detergentis, fibj.

R. Succi-Pomorum Agrestium 3xij. Syr. ē Ru-
bo Idao 3iv. m.

Viscositatem crassam, & amurcam folidam,
Linguæ & Faucibus adhærentem, detergit;
Oris & Gulæ ariditatem humectat, & Fervo-
rem refrigerat: Saliva falsedinem & acorem
corrigit; Sitimque extinguit. Quoties verò Af-

fectus in Erosiones , Aphthas , aut Ulciscula degeneraverit ; vix potest (ob dolorem quem concitabit) perferri : atque tunc omnino Refrigerantia , Humeantia , Mucilaginosa , & Astrin- gentia in usum adscisci debent .

In Febribus à Saliva (utut paucâ) Linguæ asperitatibus hærente , ibidemque à calore insipissatâ , & torrefactâ , necnon à vaporibus perpetim exspiratis , Linguæ fordes & discoloratio fit ; media autem Linguæ pars maximè fordescit , quia asperior est , & vaporibus directius opponitur ; Linguæque latera , & apex , motitatione aliquatenus emundantur . Jones de Feb. 87.

Garg. Emollientis fibij.

R. Rad. Alth. Glycyrrh. Hord. perl. à ʒj. Furfuris macri in nod. lig. M. j. Cort. inter. Ulmi , Gum. Arab. à ʒfs. Fic. N°. viij. Coq. in Aq. fibij. Col. ʒxxvij. dissol. Syr. Jujub. Alth. à ʒj. Lohoch. san. ʒfs. m.

Utimur contra Inflammationem , Siccitatem , Asperitatem , Scabrietem , Rimas & Fissuras , in Febribus Lingua & Fauces exsiccantibus , quasi comburentibus , & afflgentibus .

Garg. contra Fætorem.

R. Myr. ʒij. Rad. Irid. Florent. Cyperi , Cal. aromat. Angel. Hispan. à ʒj. Garyoph. ʒfs. Fol. Rorismar. M. j. f. Infus. cal. & clausa duas horas in Aq. font. fibs. Vin. alb. ʒiv. Col. adde Aq. Regin. Hungar. ʒvj. Tinct. Benz. ʒij. m.

Garg. ad Hæmodiam.

R. Herb. Portulacæ contus. M. ij. Aq. font. ʒxij. Stent in frigido horam j. Col. per cribrum sine expesi. fibs. adde Cretæ lotæ ʒij. Sal. Tart. ʒfs. Aq. Regin. Hungar. ʒj. Tinct. Benz. ʒij. m.

Garg.

Garg. Lævigantis fibj.

R. Rad. Consolidæ maj. 3ij. Gum. Arab. 3ij.
Coq. in Aq. Hord. 3xx. Col. 3xij. adde Aq. Ros.
rub. 3j. Syr. Alth. 3ij. m.

Viribus certat cum superiori ; minus autem
digerit ; magis tamen refrigerat.

Garg. ad Linguae ardorem fibj.

R. Aq. Plant. 3vij. Aq. Ros. rub. 3iv. Album.
Ov. conquafl. N. iv. Sal. Prunel. 3iv. Syr. Alth.
3iv. m.

Linguam, Fauces, vicinasque partes molestè
calentes , refrigerat ; arefactas Humiditate &
Lentore imbuīt ; Humorumque acrum affluxum
modicè repellit.

Gargar. Mastichinum.

R. Mastic. pulv. 3fs. Coq. in Aq. font. 3xij.
Col. 3vij. disolve Sacch. Saturni 3ij. Syr. Bal-
fam. 3ij. m.

Contra Oris Inflammationem, Excoriationem,
Pustulas, & Ulcuscula superficialia.

i. Garg. Myrrbisatum.

R. Vini rub. astringentis fibj. Myrrhæ pul. 3ij.
m.

Detergit, astringit, repellit, siccat, sanat. Ad
Gingivas tumescentes, fungosæ, flaccidas, san-
guinolentas, erosas, & putridas : Ad Oris for-
des & foetorem : & ad Faucium, Gulæque Ul-
cera (licet Venerea) præstantissimum habetur
Diaclysmæ. Porro in Nares injici, vel attrahi po-
test , summo cum emolumento , ad Ozænam ;
ubi materia putrida , Ossium spongiosorum Ca-
vernulis hospitans, tetterimi odoris effluvia ex-
pirat,

2. Garg. Myrrhisatum.

R. Myrr. pulv. ʒij. Dissolut. in mortario cum Vitel. Ov. ʒij. adde Mel. Ros. col. ʒij. Vin. alb. tbs. m.

Ad Faucium & Gulæ Ulcera.

Garg. Paralytici tbs.

R. Vini albi tbs. Sinap. confect. ʒj. vel q. f. ad acredinem satis intensam impertendam, Aq. Satureiæ (vel Thymi) ʒiv. Mel. Ros. ʒij. Aceti parum. m.

Aqua Satureiæ (si non praesto fuerit) substitui potest Decoct. Safflaph.

Garg. ad Pituitam tbs.

R. Aq. Hyssopi ʒx. Spir. Vini rectif. ʒj. Spir. Cochlear. ʒis. Spir. Caftor. ʒij. Spir. Sal. Armon. ʒiv. Pul. Rad. Pyrethri ʒj. Mellis ʒiv. m. Usurpetur frigidè.

Attenuando, incidendo, vellicando, & irritando, Salivam, & Phlegma viscosum, è Glandulis, & Oris emunctoriis, validissimè prolicit, & evacuat. Ideoque locum jure vendicat in Affectibus Capitis pituitosis, frigidis & diurninis : in Morbis torpidis, & soporosis : in Lethargo, Cephalalgia gravativa, Lingua Paralyfi, Dentalgia, Uvulae elongatione, Tonillarum tumore, Angina. Neque metuendum erit ne Inflammatio inceptione hujusmodi acrimum adhibitione magis augeatur ; siquidem illius causa (magnam partem) est Pituita crassa, & lentescens, hisce partibus spongiosis impasta, quæ sanguini obicem ponens, cursumque ejus inhibens, inundationem inflammatoriam producit. Ideoque in istius stagnantis, & obstruentis, Pituitæ eliquatione & eductione, veram potissimumque hujus Affectus (sc. Anginæ) curationem consistere, certissimum est.

Garg.

Garg. Prunellorum fibij.

R. Corticum Prunellorum sylvest. 3ij. Coq. in
Aq. fibjs. Col. 3 xxiv. dissol. Alum. Div. Aceti 3ij.
Mel. Ros. 3vj. m.

Fortissime astringit; Gingivarum laxitatem
corrigit; Putredinem arcet; Foetorem tollit;
Erosionem refarcit: Sanguinis eruptionem in-
hibet: Dentes firmat, illosque regenerata car-
ne obducit: Oris ulcera sanat; Mephiticumque
anhelitum emendat: Glandulas salivales nimium
difficiliter constringit, & contrahit; atque eo mo-
do, & Pituitam influxam exprimit; & ulterio-
rem ejus immodicum affluxum prohibet. Sin
vero ejusmodi fuerit rei status, ut Pituita Glandu-
lofa in tantum crassescat, ut Constringentium
ope exprimi prorsus nequeat; tunc ad potenter
Incidentia, & Vellicantia (quale est Garg. ad
Pituitam) confugiendum erit.

Garg. de Pyrethro 3x.

R. Rad. Pyreth. 3ss. Sem. Papav. albi, Hyos-
cy. 3ij. Garyoph. 3ss. Vini albi fibs. Aceti 3iv.
Coq. ad fibs. & Col. adde. Spir. Vini 3ij. m.

Partes Vellicando, & Pituitam crassam eli-
quando, stagnanteaque dimovendo, illam, (una
cum sero acri) è Gingivis Glandulisque poten-
ter educit: Deinde Spiritus irritatos placando,
dolorificèque invicem allidentes confoopiendo,
cruciatus sensum extinguit: Tandemque calo-
rem partibus suffundendo, Tumorem discutien-
do, Tonuimque reparando, ulteriore humo-
rum affluxum prohibet. Atque ita nobile & adæ-
quatum esse Odontalgie remedium Ratio suadet;
cui etiam & Experientia numquam non fe-
re suffragatur.

Garg. Refrigerantis fibj.

R. Aq. Plantag. Sperm. Ranar. Flor. Samb. à 3ij. Aq. Ros. rub. 3ij. Album. Ovor. (in aquam agitando redact.) N. iv. Sacch. alb. 3j.m.

Hoc modo præscriptum vidi.

R. Alb. Ov. j. Fortiter agitetur cum Aq. Sperm. Ranar. 3v. Aq. Ros. Mell. à 3j.m.

In Febribus ardentibus gratissimum est; atque ad Linguae fervores, ariditatem, asperitudinem & erosionem commodissimum.

Garg. Rosati. 3x.

R. Fl. Ros. rub. sicc. 3iiij. Balaust. Cort. Granat. à 3ij. Bac. Myrt. Bolipulv. Terr. Japon. à 3j. Alum. 3j. Coq. in Aq. Plantag. Vin. rub. auferi à 3vj. Col. 3vij. dissolv. Mel. Ros. col. 3ij.m.

Ad amurcam viscidam Linguam oblinentem; & ad Glandularum salivalium laxitatem.

Garg. de Rubia Tinctorum.

R. Rad. Rubiae tinct. 3fs. coq. in Aceti 3vij. ad 3vj. col. adde Alum. usci, Salis à 3ij. coq. iterum ad despum. Et admisce Mel. Ros. 3fs.

Mirabilem ejus efficaciam notavi in Ulcere Oris depascenti Canker vulgo dicto.

Garg. Scorbutici fibj.

R. Rad. Rub. Tinct. 3i. Pyreth. Cort. Wint. à 3ij. Herb. Periclym. Salv. Sanic. Aquileg. à Mj. Coq. in Aq. Calc. fibjs. Col. 3xxvij. adde Spir. Coch. 3fs. Mel. Ros. 3iv.m.

Gingivas, Orisque partes, Sanguinis & Salivæ folidibus (quæ corruptelam, putredinem, fetoremque Scorbuticis inferunt) liberat; Ulcusulaque inde ortum trahentia siccatur, & sanatur.

Garg.

Garg. Sedativum.

R. Cort. Prunellor. sylv. Rad. Pyreth. à 3 ss.
Garyoph. 3 j. Coq. in Aq. 3 xij. ad 3 viij. Col. adde
Aq. Regin. Hungar. Mellis Ros. col. à 3 ij. Laud.
liqu. gut. 124. Spir. Sal. Armon. q. f. ad acorem
in signem. m.

Ad Dentalgiam suprimendam, frigidam in ore
aliquandiu detineatur, & expuatur; interim ca-
vendo ne deglutiatur.

Garg. de Sedo.

R. Fol. Sedi major. 3 iv. Contus. assunde Aq.
flor. Samb. 3 xij. Repone in Hypogeo per no-
ctem. Col. sine expref. dissolv. Sacch. Saturni (vel
Sal. Prunel.) 3 ij. Sacc. alb. 3 j. m. Refrigerat, re-
pellit.

Garg. Sinapinum.

R. Aq. font. 1b ss. Spir. Vini com. Aceti Vini à
3 iv. Pul. Sinap. 3 ss. Sacch. alb. 3 j. m.

Ad Linguæ Paralyfin, & Afflectus soporosos.

Garg. Variolosi fibij.

R. Hord. perl. Glycyrrh. à 3 ss. Rad. Alth. Vi-
ciarum à 3 j. Fic. N. xij. Fung. Samb. M. j. Coq.
in Aq. fibis. Col. 3 xxvij. dissolv. Oxym. simpl. &
Mel. Ros. à 3 ij. m.

Partes Oris & Gulae, inflammatas, distentas,
rigidas, arefactas, asperas, & dolentes, emol-
lit, humectat, lenit: Pustulas innascentes ma-
turat; Salivationemque adjuvat. Sub Declina-
tionem vero Variolarum Confluentium, cum
Ptyalismus jam imminuitur; si evenerit ut Saliva
eouisque sit excocta, & viscida, ut Suffoca-
tionis periculum inferat; tunc ad potenter at-
enuantia, & irritantia devenire necessitas postu-
lat: Tale est illud ad Pituitam supra descrip-
tum; atque inter ejus usum, Spiritus Sal. Ar-

mon. proportio vel augenda, vel minuenda erit,
tum pro rei ipsius ratione, tum & ægrotantis
toleratione.

Garg. de Vite #bj.

R. Fol. Vitis, Herb. Salv. Veronica fiem. Pen-
taphyl. Ocul. Rubi à M. s. Coq. in Aq. #bs. ad
#bj. Col. adde Alum 3is. Aceti, Mellis à 3ij.
Coq. iterum & despuma.

Optimè refrigerat, eluit, detergit, astringit,
putredini resistit, sordes emungit, Orisque fe-
torem eméndat. Lócum meretur tam in Febrí-
bus, quam Scorbuto. Atque hic obiter notem
Alumen, & ejusmodi Austera, nullo modo Sa-
livales ductus occludere; aut Salivæ exitum in-
hibere; sed è contrario (quia Glandulas strin-
gunt & contrahunt) multum promovere; quod
cuilibet experienti liquido patebit.

Garg. ad Ulcera.

R. Aq. Calcis #bs. Mercur. dulc. pulv. 3j. Di-
gere in loco tepido 12. horas. In Col. dissol. Syr.
è Rosis sicc. 3j. m.

Inject. Benedicta apud Pharmac. Bat. sit ex Aq.
Calc. #bs. & Mercur. dulc. 3jj.

Ad Fauciæ & Gulæ rebellia & contumacia
Ulcera commodissime prescribitur; potenter
liccat, & fermentum sylvestre domat. Tentatum
quidem novi in Ulcere Linguæ Cancroso, sed
(verum fateor) nullo cum effectu laudabili.
Mercurialia enim (quatenus adhuc dum obser-
vando fuerim) Cancro potius obsunt, quam pro-
funt. Quod candidè (licet obiter) adnotare vo-
lui,

Garg. pro Uvula #bj.

R. Herb. Aquileg. M. iv. Flor. Ros. rub. sicc.
Balaust. à M. s. Pip. longi Div. Myrræ 3ij. Coq.
in

In Aq. libij. & Vini albi lib. Col. 3 xxvj. adde Sp.
Vini, Syr. Moror. & e Rubo Idæo a 3ij. m.

Ad Uvulae, Tonsillarum, Musculorum Fau-
cium, Laryngis & Pharyngis infarctionem, tu-
morem, & inflammationem consultissime præ-
scribitur. Partim enim attenuando, & vellicando,
partimque constringendo, & exprimendo,
pituitosam illuviem aggestam evacuat: ac dein-
de, Glandulas spongiosas, tumidas & tensas,
in minus spatum contrahendo, atque natura-
les limites & crasis reducendo, ulteriore ad
partes affluxum optimè præscindit.

Hic ut, quæ sparsum & laxius suprà explicui,
in Synopsin contraham; de Gargarismorum spe-
ciebus secundum Intentiones Medicas scitè eli-
gendi, has ponam Regulas.

1. Si Materia admodum crassa, & tenax, e
Glandulis ipsis sit educenda; tunc Sp. Sal. Ar-
mon. Acria, & Irritantia in usum adscisci debe-
bunt.

2. Si minus sit viscosa, & tamen stagnet prop-
ter fungosam Glandularum laxitatem; Austeræ
hoc officio fungentur.

3. Si lentescens amurca Linguam & Fauces
spissè obliniat; Acida, & Detergentia expeten-
tur.

4. Si partes sint excoriatæ, irritabiles, & are-
factæ; Mucilaginosa, & Emollientia commo-
dissime prescribentur.

5. Si denique ob Sanguinis ebullitionem, par-
tes Musculolæ inflammentur; Emollientia rem
conficiunt.

Gelatina Analeptica.

R. Ped. Ov. N. iv. Ped. Vitul. N. ij. Raf. C.C.
Ebor. a 3j. Ichthyocol. 3ls. Gum. Arab. Tragac.
a 3jj. Aq. Hordi depur. libxij. Coq. ad libiv. Col.
adde Sacch. 3iv. Egre-

Egregie nutrit, & Humorum acrimoniam corrigit. Eisdem possidet virtutes ac Jusculum Confummatum, quod vide.

Diu asservari nequit, quin mucorem & foeto rem contrahet: unde recens semper usurpanda erit.

Globus Saponaceus.

R. Sapon. albæ ʒij. Sulph. vivi ʒj. Aēris virid. ʒj. Camph. ʒj. Ol. Tart. q. f. f. Globus f. a.

Vesperi pars affecta cum eo (tantillo Aceti humectato) blandè obducatur, & mane proximo Lacte abluatur, ad Vitiliginem, & Morphæam delendam.

Hauſtus Alexipharmacus.

R. Aq. Lact. Alexit. ʒiiij. Epidem. Paeon. comp. Syr. Garyoph. de Croco ʒ 3ij. Diaſcord. ʒij. Lap. de Goa ʒj. m.

In Febribus mali moris, Spiritus collapsos erigit, & sustentat; Malignitati adversatur; ē Centro corporis ad Circumferentiam pellit; & Sudorem ciet. Propinari potest, sextis, vel octavis horis, pro re nata.

Hauſtus Amarus.

R. Aq. Card. bened. ʒij. Ment. Cinnam. fort. ʒ 3ij. Gent. comp. ʒ ſs. Pul. Serp. Virg. ʒj. m.

Iisdem iusignitur virtutibus ac Decoctum Sacrum, quod vide. Insuper Ventriculum roborat; Vomitionem fedat; & Vermes enecat.

Hauſtus ad Arenulas.

R. Succi Petroſelini ʒiſs. Sp. Vini com. ʒ ſs. Ol. Anisi gut. ij. Sp. Sal. Armon. gut. viij. Sacch. alb. ʒij. m.

Urinam ciet; Saburram pituitosam, Tarta- rum granulascens, & Arenulas, quam potentissimè expellit: In grandiori vero Calculo, ab hu-